



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

3 Mult[us] canonicos canon prohibet monachari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

Vnde Pelagius i Papa ait.

Eleutherius a frater & Coepiscopus noster queritur, quod mater eius in casa, quae castellum dicitur, oratorium construxerit, ac dedicaverit, & in eodem loco monachos constituerit, ex quibus unus est Presbyter. Hoc autem tempore dedicationis inter Episcopum Cardellum (cujus ipsa diocesis est) matrem suam affertit convensit, ut quidquid dedicationis, vel natalis martyrum die, quorum in eodem monasterio reliquiae sunt, per fidelium oblationes intraverit, medietatem quidem habeat ipsum monasterium, medietas autem Episcopo offeratur. Contra quam conventionem Marium Presbyterum (sive sciente, sive nesciente Episcopo) monachis ipsi, vel Presbytero, qui ex eis est, vim dicitur intulisse, & frequenter molestias generare, ita ut memoratum Presbyterum prope exciderit, & Missas eum facere nullo modo permittat; dicens, ut quasi pensionis nomine aliquid statueri debeat. Hec igitur omnia diligenter te examinare jubemus, & si apud te evidenti ratione b consistat, quia tempore, quo dedicatum est ipsum monasterium, conditiones superius posita conveniant, ferri: eas ex nostra auctoritate precipimus, nec aliud amplius exinde ab aliquo exigatur e. Si vero nil tale confiterit d, mediante quid Episcopo ipsi nomine eulogia offerri debeat, inter ipsos monachos & Presbyterum volumus definiti: salvo tamen eo, ut Presbyter Gaudentius, qui etiam monachus est, Missas in monasterio suo, sicut consuevit, facere a nullo ulterius debeat prohiberi.

¶ Pelagius] Antea legebatur, Gelasius. Mutatum est ex Polycarpo, & quia supra dist. 91. c. Eleutherius. alia pars hujusmodi epistola citatur ex Pelagio: & Anselmus, qui hoc & illud canonice conjuncte affert, Pelagio tribuit.

C. XXXI. ¶ Consiata servitia Episcopis monasteria exhibeant.

Item Urbanus secundus.

Servitium, quod monasteria, aut eorum ecclesiae a tempore Gregorii septimi usque ad hoc tempus fecerunt, & nos concedimus.

Canonica ergo iura, quibus monasteria subiecta non sunt, spondeat exaltemus intelliguntur. Non e enim cogendus est Abbas (sive in nomine Trionice statutus) ad spondendum, nisi aliqua rationabilis causa existat. Sunt etiam quaedam servitia officia, ut arguere operam, crebra receptiones, annua exactiones, modulationes precantibus, a quibus omnibus monasteria libera sunt.

CAUSA XIX.

¶ De clericis ad monasterium transire volentibus: utrumque licentiam ab Episcopo suo petiri: unus relicta ecclesia propria eo invito, alter dimissa regulari canonica f canobis se contulit.

- 1. Modo queritur, si Episcopus debeat permittere, ut relicta propria ecclesia clericus monasterium ingrediatur.
2. Secundo queritur, si Episcopus licentiam dare noluisset, an eo invito monasterium possit adire.
3. Tertio, si contigerit ipsos regulares canonicos fuisse, utrum concedendus esset eis monasterii ingressus.

QVÆSTIO I.

¶ Quod Episcopus licentiam clericis ad eundem monasterium dare debeat, in Toletano 4. concilio precipitur, in quo c. 49. sic statutum legitur.

a Anf. l. 7. c. 49. Polyc. l. 4. tit. 27. b al. veritate. c alit. sententia exigere. d al. convenit. e dist. 11. Episcopus non debet. f al. canonice.

C. I. ¶ Non debet negari ingressus clericis qui monachorum propositum appetunt.

Clerici a, qui monachorum propositum appetunt (quia meliorem vitam sequi cupiunt) libere ad Episcopos in monasteria largiri oportet ingressus, nec interdicti propositum eorum, qui ad contemptum desiderium transire nituntur. ¶ Nec interdicti] Hec usq. ad finem ad alios a monachis, sicut tamen in concilio.

QVÆSTIO II.

¶ Quod verò Episcopo clericum ejus a nullo esse suscipiendum, Leo Episcopus b testatur, scribens Anastasio c. Thimotheo Episcopo, epist. 12. al. 24. c. 9.

C. I. ¶ Invito Episcopo ejus clericum non suscipiat.

Alienum d clericum, invito Episcopo ipsius, non suscipiat.

Sed subaudiendum est, nisi ad propositum melius vitam voluerit. Tunc enim liberum est illi, etiam Episcopo auctoritate monasterium ingredi.

C. II. ¶ Qui monachorum propositum appetit, etiam invito Episcopo suscipiendus est.

Vnde Urbanus Papa II. in capitulo sancti Basilii f.

Vx f sunt, inquit, leges, una publica; altera privata. Publica lex est, quae a sanctis Patribus communiter firmata; ut est lex canonum, quae quidem per transgressiones g est tradita. Verbi gratia: Deum est in canobus, clericum non debere de suo Episcopo ad alium transire sine commendatitio: interdicti scopi: quod propter criminosis constitutum est, quod delictis infames ab aliquo Episcopo suscipiantur. Solebant enim officia sua, cum non poterant Episcopatu, in alieno celebrare; quod iure perempto scriptis deestatum est. ¶ Lex b vero privata, quae in infinitum Sancti Spiritus in corde describitur: sicut quibusdam dicit Apostolus, i. [Qui habent legem scriptam in cordibus suis.] & alibi: k. [Cognationem non habent, si naturaliter ea, quae legem dant, sunt, ipsi sibi sunt lex.] Si quis horum in ecclesia dicitur Episcopo populum l retinet, & sacraliter utitur, in Spiritu Sancto in aliquo monasterio, vel in alio non m salvere se voluerit, quia lege privata nonnulla ratio exigit, ut a lege publica constitutum Dei lex est, & qui Spiritui Dei aguntur, lege divina & quis est, qui Spiritui Sancto possit aliqua dicitur. Quisquis igitur hoc Spiritu ducitur, etiam Episcopus contradicente, erit liber nostra auctoritate. hujusmodi lex non est posita: sed ubi o Spiritus Dei ab illis, si Spiritui Dei ducimur, non estis sub lege.

QVÆSTIO III.

¶ Annona autem regularis ad monasterium monachis suscipiatur.

C. I. ¶ Regularis canonice, monachis suscipi non debent.

Vnde in concilio Eduensi congregato sub Gregorio VII. legitur.

Nvltus Abbas vel monachus canonicis regularibus proposito professionis canonice revocatus, ad monasticum habitum trahendo suscipere audeat, nisi

a Polyc. l. 3. tit. 11. & l. 4. tit. 34. Barb. l. 2. c. 1. b In concilio Aquisgranen. cap. 18. c Antea legebatur, d Narbon. d Anf. l. 6. c. 18. Barb. l. 1. c. 1. e Anf. l. 1. c. 1. f Polyc. l. 7. tit. 9. Gal. 3. g al. in concilio. h Polycarp. m al. canonice. i Rom. 7. 4. j Tit. 1. c. 1. k 1. 1. 3. Galat. 5.

nachstant, quando ordms sui ecclesiam invenire qui-
verent, in qua canonice vivendo, Deo servire, & animam
suam salvere possint. Quod si temerario ausu id agere
tentaverint, anathematis vinculo obligentur.

C. II. ¶ De eodem.
Item Urbanus Papa II.

Andamus, & universim interdicimus, ne quis
publice lapsus fuerit, monachus efficiatur. Quod si de-
cipio ad hoc contrarie presumpsit id agere tentaverit,
ad ordinem canonum precipimus ut redeat, & deinceps
memorialem b cucullam deferat, & ultimus in
ehoro maneat.

Substantandum vero est, nisi cum patri sui licentia religionis
propofitione induatur. Vide Urbanus Papa II. scribit Abbati
sancti Basilii c.

C. III. ¶ Tanti sui concessione regulares cano-
nici monachi fieri possunt.

¶ Titulus d. ne professionis canonice quispiam, post-
quam Deo vice supra caput sibi hominem impulerit,
aliquis levitatis infamia, vel districtioris religionis ob-
tentu, ea eodem claustris audeat sine patris i & totius
congregationis permissione recedere. Discedentem vero
multis Abbatum vel Episcoporum, nullis monacho-
rum sine communi literarum cautione suscipiat.

¶ Patris, &c. In nobis versificandis legatur, patris to-
tius congregationis: apud Romanos, sine Abbatis totiusque
congregationis.

¶ Patris. Quæritur monasteria, que semel dedicata sunt, pos-
sint transferri in clericum, vel secularium habitacula. Quod in
Chalcedonensi concilio omnibus modis prohibetur, c. 24.

C. IV. ¶ Quæ semel sunt dedicata monasteria,
semper monasteria perseverent.

¶ Quæ semel dedicata sunt monasteria cum consilio
Episcoporum, maneat perpetuo monasteria: & res
que ad ea pertinent, monasteriis reservari oportet, nec
possent ultra fieri secularia habitacula. Qui vero per-
miserit hoc fieri, subiacet his condemnationibus, quæ
per canones constitutz sunt.

¶ Hæc verba parva disceptat a Divyftana, quam afferunt Bur-
thardus & 109. 20.

C. V. ¶ Qui loca sacra, communia de versoria fe-
rent, clericis disponant, laicis excom-
municentur.

Item in Synodo septima, c. 3.

¶ Quoniam a quibusdam viis quædam venerabiles
domus usurpiuntur, tam videlicet Episcopio, quam
monasteria, & facta sunt communia diversoria: si qui-
dem voluerint hi qui hæc retinent, reddere ea, ut secun-
dum antiquitatem restituantur, bene & optime est: alio-
quin de sacro catalogo fuerint, hos deponi precipi-
mus: si vero monachi vel laici, excommunicari: quos
minimum constat condemnatos esse a Patre, & Filio, &
Spiritu Sancto; & deponentur ubi vermis s. eorum
non moritur, & ignis non extinguitur: quia voci Domini
ideverantur, qui dicit: g. [Nolite facere domum pa-
tris mei domum negotiationis.]

¶ Intra hunc casum in synodo septima ab Anastasio versa
su habet. Quoniam propter calamitatem, quæ pro pec-
catis nostris in ecclesia facta est, subrepta sunt a quibus-
dam viis quædam venerabiles domus, tam videlicet, &c.
Ex his autem versibus duobus manus scriptis exemplaribus nonnulla
sunt in hoc capite emendata.

¶ Patris. Quæritur de his, qui ad conversionem veniunt, quo
tempore debeant tonsurari. De his ita scribit Gregorius Fortunato
Episcopo Neapolitano lib. 1. epist. 23.

¶ Patris. lib. 4. tit. 31. b memoriale sui presumpcionis excu-
lam, 2. p. 3. c. al. Rufi. d. 10. p. 4. c. 411. c. Poly. 13. tit. 19.
Anf. 1. c. 60. Burch. lib. 3. c. 19. 100 p. 4. c. 17. & 22. P. am. 1. c. 17.
f. Max. et. 1. 46. g. Item 2.

C. VI. ¶ Antequam biennium in conversione
compleverit, aliquis tonsurari non
debet.

¶ Monasteriis a omnibus fraternitas vestra districtis
interdicat, ut eos, quos ad conversationem b si-
pleant d, nullo modo audeant tonsurare. Sed hoc spa-
tio vita, moresque eorum sollicitè comprobentur: ne
quis eorum aut non sit contentus eo quod voluit, aut ra-
tum non habeat, quod elegit. Nam dum grave fit inex-
pertis hominum sociari obsequis, quis possit dicere,
quàm sit gravior ad Dei servitium improbatos i applicari?
Miles vero, si converti voluerit, priusquam nobis enun-
tietur, nullatenus sine z nostro consensu qualicumque
presumat ratione suscipere.

¶ Improbatos applicari. Antea legebatur, impro-
bos applicare. Emendatum est ex originali impresso & ma-
nuscripto.

¶ Sine nostro. Hoc præcipit eo tempore B. Gregorius, ne s-
minus videretur contemnere legem, quam Mauritius Imperator tu-
lerat, ne milites ante completum tempus militie in monasteriis re-
cipi possent: quam legem idem Gregorius lib. 11. indit. 11. epist. 61.
ipfi Mauritio scribens, vehementer reprehendit: quod auctor glossæ
non videtur attendisse.

¶ Patris. Quæritur, si ingressa monasterium ultra relinquatur
licentia restandi. Hoc Gregorius præbiter, ita scribens Laurentio
Caraltano Episcopo, lib. 7. indit. 2. epist. 7.

C. VII. ¶ Post monasterii ingressum nulli
relinquatur licentia re-
standi.

¶ Via e ingredientibus monasterium convertendi gra-
tia, ulterius nulla fit testandi licentia, sed res eorum
ejusdem monasterii juris fiant, aperta legis definitione
decretum est.

C. VIII. ¶ Post monasterii ingressum
eidem monasterio omnia sunt
conferenda.

Item Gregorius Papa Cypriano Diacono, lib. 3.
epist. 6.

¶ Petratum est ad nos Petronillum nomine de provincia
Lucania genitum, per exhortationem Agnelli Episco-
pi fuisse conversam, resque suas omnes, quas habere po-
tuit, licet sibi jure potuissent competere, tamen easdem
monasterio, quod ingressus est, etiam specialiter donatio-
nis titulo contulisse.

¶ Eandem Paulus primus venerat in testamento 1. colobum suum
Athanasio Alexandrino Episcopo reliquit, tunicam vero beato An-
tonio. Sed aliud est de his, qui in monasterium ingressi se & sua tra-
diderunt, aliud de his, qui silitariam vitam ducunt, se nulli eccl-
sæ tradiderunt 2. Illi semel tradita nulli tradere possunt: ipsi nulli
oblata liberi restari possunt.

¶ In testamento. Longè aliter B. Hieronymus in vita
Pauli. Scribit enim beatum Antonium pâllo, quod ei donaverat
Athanasius, Pauli corpus involuisse, & addidit, ne quid pius hæres
ex interstiti bonis non possideret, tunicam ejus sibi vi-
dicavit, quam in sportarum modum de palmæ foliis ipsè
sibi contexerat.

¶ Tradiderunt. Sic est emendatum ex plerisque manu-
scriptis. Antea legebatur, tradere possunt.

C. IX.
Item in authenticis f. constitutione g.

¶ Si qua mulier aut vir monasticam elegerit vitam, &
intraverit monasterium, liberis non extantibus, mo-
nasterio, quod ingreditur, res ejus competere jubemus.

¶ Anf. 1. c. 197. b al. convertendam. c al. conversione.
d al. compleverint. e Extra, de testamen. c. quia. Anf. 1. 7. c. 112.
f Cod. de sacros. eccles. aurb. si qua mulier. Apud Iulianum antecess.
novell. 12. cap. 36.



¶ Sed si persona liberos habens, antequam de rebus suis inter eos disponat, monasterium intret, liceat ei postea inter eos dividere, legitima non diminuta: & quod eis non dedit, monasterio competet. ¶ Sed si omnem substantiam inter filios dividere voluerit, sua persona filiis connumerata, partem sibi retineat, que monasterio competere debet. ¶ Sed si post ingressum moriatur, antequam inter eos dividat, filii legitimam percipiant, reliqua substantia monasterio competente. *In authenticis b de monast. c. 1. in collatio.* ¶ Nunc e autem cum monachus factus est, hoc ipso res suas obtulisse videtur, si prius testatus non sit: & exinde iudicio eius cessante, lege disponitur, ut si liberos habeat, in quos aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donadi titulo conulerit, ea tenus substantia monasterio destinata detrahatur, ne quid contingat circa liberos iniquum.

C. X. *Item ex novella 123. d*
Non liceat parentibus liberos, vel liberis parentes ab hereditate repellere monachos factos: quamvis dum laici fuerant, in causam ingratitude in ceciderint. Item non liceat parentibus liberos suos ad solitariam vitam transcentes abstrahere monasteriis.
 ¶ Hoc caput expresso habetur apud Iulianum antecessorem, in novella 123. cap. 29. In quo aliqui Gratianum reprehenderunt, qui hanc Iuliani epistolen videre minime poterant.

CAUSA XX.

Duo pueritia annos agentes a parentibus monasterio traditi, sunt: unus iustus, alter spontaneus cucullam induit. Ad annos pubertatis venientes, servitus ad sacularem militiam redit, spontaneus monasterium distribuitur peti.
 1. ¶ Nunc primus queritur, si in pueritia annis traditi, coguntur religioni professum tenere.
 2. Secundus, si prater voluntatem parentum consensum, vel religionem vestem quis in pueritia accipiat, an possit sibi detrahi, an non.
 3. Tertius, qui prater propriam voluntatem cucullam induerit, an cogatur eam retinere, an non.
 4. Quartus, si ab uno monasterio in aliud distribuitur liceat alicui transire.

QUESTIO I.

Quid intra annos pueritia traditi, cum adulti fuerint, liberos habeant arbitrium manendi vel discedendi, probatur auctoritate nonx i synodi.
 ¶ Nonx] In nullo vetus exemplaribus est, octava. Verum in octava ab Hadriano II. habita non habetur, sed in libro B. Basilii de institutu monachorum, Russino interprete, cap. 3. Similia etiam sunt apud eundem B. Basilium in regulis suis disposita, cap. 15.

C. I. ¶ Virginitatis professio quo tempore firma esse incipit.
Firma autem tunc erit professio virginitatis, ex quo adulta iam etas esse coeperit, & ea que solet apta nuptiis deputari, ac perfecta i.
 1. ¶ Ac perfecta] Hec non sicut in es Basilii loco.
 Si virginitatis professio tunc incipit esse firma, cum etas capere esse adulta. & religionis professio tunc demum debet esse firma, cum ad adultam etatem pervenisse fuerit. Sed hic de illa professione agitur, qua in annis pueritie proprio arbitrio Deo offertur, quam non confirmat parentum consensus. Ceteri, que a parentibus Deo offertur professio, inculatam servari oportet.

a al. legitima portione nulli. b Novella 26. c Cod. de E. p. 7. c. 30. d Extra de regul. c. 1. f Basilii lib. 2. cap. 15. g forte.] vatu.

C. II. ¶ Non licet de monasterio egredi quater vel mater intra annos infantia fuerit ordinari.

Vnde Gregorius scribit ad Augustinum Augustinum Episcopum.
Addidisti a adhuc, quod si pater vel mater filiamve intra septem monasterium in infantia aut in regulari tradiderit disciplina, utrum liceat eam quam paupertatis b annos impleverit, egressi, testimonio copulari. Hoc omnino devotissimum & nefas est, urobatis a Parentibus Deo filiis voluntaria laxentur.

¶ Sic etiam citat Ivo. Extra in epistola quarta Gregorius ad Bonifacium legatum Germanie: & finale habetur in Vuormacioni, cap. 22.

C. III. ¶ Aut propria professio, aut paterna devotio monachum facit.

Item ex concilio Toletano 4. c. 41.
Monachum d aut paterna devotio, aut propria professio facit. Quicquid horum fuerit, allegare tenebit. Proinde his ad mundum revertentibus, tenentur aditum, & omnes ad saculum interdicuntur.

¶ Alligatum] In duobus Vaticanis conciliis concilium & Lucensi regio legitur, allegatum.

C. IV. ¶ In monasterio perpetuo maneat, qui a parentibus traditus sit.

Item Iudorus.
Quicunque a parentibus propriis in monasterio traditus delegatus, novit se ibi perpetuo permanere. Nam Anna Samuelem puerum natum & a matre Deo cum pietate obtulit: qui & in ministerio pli, quo a matre fuerat deputatus, permansit, & constitutus est, defervivit.

¶ Hoc non est inventum in libro B. Iudori: sed habet in expositione regule B. Benedicti, cap. 29. hoc idem ipse Ivo refert.

C. V. ¶ De eodem. *Item ex regulo Gregorii, lib. 1. epist. 4. ad Antvermiam.*

Quia e autem dura est in infans congregatio monachorum, etiam pueros in eisdem monasterio annorum tempora suscipi prohibemus: vel si nunc sunt, tua eos providentia auferat, & in aliam manam transmittat. Hoc & in Palmaria, aliam parte per omnia volumus custodire.

C. VI. ¶ Qui a parentibus monasterio traditus est, de eo egredi non licet.

Item ex concilio Triburienf.
Quem f primogenitos ad monasterium tradunt, & in ecclesia cepti canere, & legere, nec rem ducere, nec monasterium desere poterit: si discesserit, reducat: si consensum dimiserit, restituatur uxorem si usurpaverit, dimittat & compellatur.

C. VII. P A L E A. *[Item ex penitentiali Theodori.]*

Infans pro infante potest dari in monasterio, quod alter vocatus 2 sit. Tamen melius est vocatum Similitur & pecora aquali pretio (si necesse est) dimenda.
 2 pars. Ex his auctoritatibus colligitur, quod pueri pueri tenet obligatos: nec licebit eis a proprio monasterio quod paterna devotione in pueritibus annis suscipiatur. Quod dicitur illud Leonis Papae, epistol. 90. ad Rusticum Episcopum cap. 13. & 14.

a Ivo part. 7. c. 10. b al. ad pubertatem. c al. vultu. d Polyb. lib. 4. tit. 54. Anselm. 17. c. 118. & 11. c. 6. Basilii lib. 2. cap. 15. e Extra de regul. c. 1. f Basilii lib. 2. cap. 15. g forte.] vatu.